

Heinrich Rahn

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Henricus Rahne, I.D. & Prof.  
Ad Exequias Quas Viro ... Dn. Joachimo Eilero, Reipublicae Rostochiensis  
Senatori Marito suo desideratissimo Vidua moestissima paratas cupit. Omnes  
Academiae Cives amice invitat**

Rostochii: Kilius, 1648

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751405809>

Druck Freier  Zugang



Rahne, H.,  
in  
**J. Eiler.**

Rost. 1648.

16















PROGRAMMA

37.

270  
RECTOR

Universitatis Rostochiensis

HENRICVS RAHNE,

J. D. & Prof.

AD EXEQUIAS

Quas



Civis Prudentissimo Spectatissimoq;

DN. JOACHIMO

EILERO,

Reipublicæ Rostochiensis Senatori

Marito suo desideratissimo

Vidua mœstissima paratas cupit.

Omnes Academia Civis amice invitat.




ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Academia

Typographi, Anno 1648.

190





Ene ille, quisquis est, apud Sto-  
 bæum inquit; ὡσαύτως ἀρχῆς ὑποκριτής.  
 εὖ καὶ τὸν πρόλογον, εὖ καὶ τὰ μέσα, εὖ καὶ τὴν κατα-  
 τροπὴν. ἔτι καὶ δ' ἀρχῆς ἀνήρ, εὖ καὶ τὰ πρῶτα τὰ  
 βίαι εὖ καὶ τὰ μέσα, εὖ καὶ τὴν τελευταίην. *Quem-*

*admodum bonus histrio, bene prologum, bene medium  
 fabula, nec non bene etiam catastrophem agit: ita bonus  
 vir quoque primordia vite recte, & media probe, fi-  
 nemque congruentem his administrat* Nam εἰ τὸ ζῆν ἴσθι  
 πλείεστε πιητόν, ἀλλὰ τὸ εὖ ζῆν non vita maximi est fa-  
 cienda, sed bona vita. Qualem egisse beateque per-  
 egisse DN. JOACHIMUM EILERUM, Senatorij  
 ordinis virum, cui justa hoc die facturi sumus, in  
 ore est omnium, & maximè constabit ex ijs, quæ  
 de ipso pro consuetudine receptâ exponemus,  
 ut quoniam ipse nobiscum esse amplius haud  
 potest, memoria tamen ejus maneat, & morum  
 duret exemplum. Natus est Rostochi d. XXV.  
 Septembris anni c*ic*ic*ic*III. Patre Viro Spectatiffi-  
 simo Integerrimoque DN. JOACHIMO EILERO  
 Cive & Zythopæo, qui die XXI. Septem-  
 bris, anni c*ic*ic*ic*XXV, vitâ concessit; matre  
 MARGARETA Bessels / fœmina honestissima  
 ac pia, quæ d. XXIII. Augusti, anni c*ic*ic*ic*XX XI.  
 inter vivos esse desuit. Avus paternus fuit Vir  
 prudentissimus DN. NICOLAUS EILERUS Sen-  
 ator



nator de Reipub. nostra oppidana bene meritus, eam  
in primis repestare, quae belli calamitatibus misc-  
rum in modum tentata atque afflicta fuit. Tum e-  
nim temporis idoneus iudicatus fuit, qui in ma-  
ximis Reipub. negotiis, ad Caesaream Majesta-  
tem, una cum aliis, ablegaretur. Quod legatio-  
nis munus, posthabito omni discrimine ac mo-  
lestia, amanti-<sup>ssimus</sup> patriae lubens suscepit, eoque  
in commodum hujus Reip. felicissime perfun-  
ctus est. Avia paterna fuit GESA Wolterstörffs/  
matrona pi-<sup>entissima</sup>, DN FRANCISCI Wolter-  
störffs/ Senatoris quondam in hac Reipub. gra-  
vissimi filia. Avum maternum habuit Virum ad-  
modum Reverendum & Clarissimum DN M.  
LAURENTIUM Wessel/ Professore-  
m quondam Academiae nostrae laudatissimum, dehinc  
Pastorem ac Inspectorem Ecclesiae Fehmarien-  
sis; Quam functionem per annos viginti maxi-  
ma cum laude neque minore cum fructu audito-  
rum administravit tantisper, dum Wismariam  
vocatus, Pastor ibidem Ecclesiae Nicolaitanae re-  
nunciaretur, in qua statione itidem sedulam,  
quantum in ipso, operam dedit, ut ne facta à  
verbis, vita & mores à professione discreparent.  
Aviam maternam sortitus fuit ANNAM Schmi-  
des/ foeminam praestantissimam, DN, BALTHA-  
SARIS SCHMIDII Civis olim apud nos specta-  
tissim



tissimi filiam, DN. BARTHOLDI SCHMIDII  
Consulis quondam hujus Reipub amplissimi so-  
rorem. Videmus itaq; cum multum ad famam  
& existimationem faciat opinio honesti generis,  
quod utraq; sane ex linea defuncto nostro Sena-  
tori genus contigerit honestissimum. Quia ve-  
ro ad Christianum non generatio sed regenera-  
tio, ita virum bonum non facit prima nativitas,  
sed altera, hoc est, recta & pia educatio atq; in-  
stitutio: parentes, ne paricidii scelere (ita Chry-  
sostomus educationis liberorum neglectio-  
nem appellabat) sese obstringerent, filio suo mox à  
puero domi ad omnem pietatem & virtutem  
duces fuerunt: eidemq; etiam rectissimam vi-  
vendi viam, à præceptoribus tam publicis quàm  
privatis monstrari curarunt. Literis, quæ hu-  
maniores ipsæ vocantur & nos faciunt, diligen-  
tissimè imbutus, parentum auspiciis, anno  
1691, circa festum Michaelis in Acade-  
miam Lipsiensem, ex hac in Jenensem ablegatus  
est, ubi per biennium ferme in studio Theologi-  
co ita profecit, ut ingentium meritorum Theo-  
logis & summæ famæ D. JOHANNI GERHARDO,  
D. JO. MAIORI & D. JO. HIMMELIO & innotesce-  
ret familiariter, & ingenium juxta ac mores faci-  
le iis approbaret. Inde profectus est in Acade-  
miam Gissensem & paulo post Marpurgensem,  
in



in qua per seſqvi annum egregia in ſtadio virtutis ac literarum ſpacia fecit. Poſtquam verò pater in fata præproperè conſeſſet, à matre vidua domum reuocatus eſt, cui & morem geſſit, & quoad illa in vivis omni cultu atq; obſequio ſemper præſto fuit. Cæterum domi non otioſus delituit, ſed ſacras literas, antiquitatem & hiftoriam, civilis prudentiæ magiſtram ita excoluit, ut iudicium, ingenium, cæterasq; quas à natura præclaras accepiffet dotes, diligentiam aſſiduam & labore in majus proveheret. ANNO ſupra milleſimum ſexcentefimum trigefimo tertio animum ad rem uxoriam hortantibus propinquis adjecit, & matrimonio ſibi junxit d. III. Septemb. ANNAM Eggebrechts/ virginem lectiſſimam; Viri Ampliſſimi & Conſultiſſimi DN, D. DANIELIS Eggebrechten/ Conſulis quondam apud Wiſmarienſes Senioris ejuſdemq; meritiſſimi, & in iudicio provinciali atq; aulico Aſſeſſoris graviffimi filiam, ex qua in conjugio quinq; & decem annorum pacatiſſimo liberos ſuſtulit ſeptem, duos maſculos, quinq; fæmellas. Equibus *Margaretam*, natam d. XVIII. Novemb. anni clōlc XXXIV. & duas filiolas natas d. XX. Aprilis anni clōlc XXXVI. denatas verò ſtatim à baptiſmo jam olim præmiſit; *Agneta*, d. VI. Septembris anni clōlc XXXVII, filium primogenitum

imux

A 3

genitum



genitum *Joachimum* die VII. Augusti, anni  
c163cXL. & *Danielem*, d. XXVIII. Martii, anni  
c163cXLIII. ac postremum *Annam* d. V. No-  
vembr, anni c163cXLV. in hanc lucem editos  
post sese reliquit, quibus optima quæq; ex ani-  
mi sententia precamur. Mores suos & vitam ita  
formaverat, ut in dictis & factis constans, in co-  
lendis amicis ingenuus & sine fuce, in tuendis vi-  
duis ac orphanis sedulus & absq; dolo, cuius  
obvius & expositus, in curando ærario publico  
fidelis esset, ea deniq; faceret, quæ & virum bo-  
num & civem laudatum maximè decet. Qua-  
re d. XXIV. Februarii, anni c163cXLII. in ordi-  
nem Senatorium ordinariâ ac legitimâ electio-  
ne cooptatus est. In qua functione studium ve-  
ritatis, atq; ejus ubiq; proponendæ libertatem,  
constantiam animi, fidem, industriam, mansue-  
tudinem atq; integritatem & amplissimo Sena-  
tui & civibus ita probavit, ut ab omnibus impa-  
tientissimè desideretur. Multa heic prætermi-  
to, quæ in laudem ipsius verè dici poterant, jure  
debeant: propterea quod in vulgus pleraq; no-  
ta sunt. Dolendum autem tot maximis dotibus  
instructum virum tam infirmo fuisse corpore,  
quippe aliquot abhinc annis de scorbuto hære-  
ditario præcipuè questus est, qui eum non ita  
pridem per septimanas sedecim planè lecto affi-  
xum



xum tenuit. E quo tamen eluctatus eo usq; , ut pedes è domo efferre iterum, & officii sui partes implere posset. Sed ipso Ascensionis Dominicæ festo denuò in affectum scorbuticum & pulmonum incidit, & cum propter crebras expectorationes, ut vocant *ιατρῶν πῦδες*, vires ejus mirificè prosterentur, à nugis rerum mortalium receptui canens sese divinis meditationibus & sacris precationibus totum dedit, & sarcinulis suis collectis ad *δι' ἰουακίμω* sese comparavit. Quare ministrum verbi Virum Reverendum & Clarissimum DN. M. JOHANNEM CORFINIUM ad ædem B. Virginis Archidiaconum vigilantissimum arcessivit, cui cum peccata sua, super quibus maximopere dolebat, summâ cum devouone confessus esset, lautissimum illud epulum, in quo totius mundi sospitator CHRISTUS JESUS, veram sui corporis ambrosiam manducandâ præbet, verumq; illud sui sanguinis nectar propinat, max. mà animi reverentiâ accepit. Die 27. Maij, cum ultimus agon immineret, non solum dicta illa biblica & preces, quas ipse manu sua multo ante peculiari libello conscripserat, à conjugè sibi prælegi, sed & M. Jo. CORFINIUM iterum vocari iussit, qui fiduciam, quam incredibilem in CHRISTUM Servatorem fixam habebat, juvaret præclaris è S. Scripturæ codice & cum maximè notis monitis, incenderetq; & obfirmaret. Multa præ-



præcepit ipse memorans, ac illico reddidit simul  
proferri cæpta essent. Inprimis in ore habuisse  
narratur nobis: *Herz Jesu dir leb ich / dir sterb ich.*  
*Herz Jesu nim meinen Geist auff. Herz Jesu ich be-*  
*fehle meine Seele in deine Hände:* atq; hæc suspiria  
tam diu repetiit, donec inter assistentium propin-  
quorum preces, hora VI pomeridiana, die jam  
nominato, candelæ instar deflagaret, & sensibus  
omnibus integris, ac nihil turbatâ mente ex mun-  
di hujus diversorio, in quo annos quinque & qua-  
draginta moratus fuerat, in veram patriam mi-  
graret. O vitam DN. EILERI non quidem longè  
protractam, sed bene transactam! ò migrationem  
beatam! ò permutationem fortunatam! Jam æter-  
nis & tantis quidem perfunditur gaudiis, ut ora-  
tionis nostræ infantia, ne millesimam quidem il-  
lorum partem assequi possit; sed fateri necesse ha-  
beat, esse illa ἀρρητα, ἀνεκλάλητα, & quæ oculus non  
vidit, auris non audit, neq; in ullius cor hominis  
descenderunt.

Ad Horam I. pomeridianam ergastulum illud  
animæ efferetur. Quapropter vos adhortamur,  
CIVES ACADEMICI, & amicè rogamus, ut funus e-  
jus frequenti officio deducatis. PP. Rostochj  
KAL. JUN. anno recuperatæ gratiæ clo Idc XLIIIX.  
Conventus fiet in æde B. Virgini sacra.





















sum tenuit. E quo tamen eluctatus e-  
des è domo efferre iterum, & officii su-  
plere posset. Sed ipso Ascensionis Do-  
denuò in affectum scorbuticum & pu-  
cidit, & cum propter crebras expecto-  
vocant *ιαργών παίδες*, vires ejus mirifice-  
rentur, à nugis rerum mortalium reco-  
sefe divinis meditationibus & sacris pr-  
totum dedit, & sarcinulis suis collecti-  
sefe comparavit. **Q**uare ministrum  
Reverendum & Clarissimum DN. M.  
CORFINIUM ad ædem B. Virginis Arc-  
vigilantissimum arcessivit, cui cum  
super quibus maximopere dolebat, &  
devotione confessus esset, lautissimu-  
lum, in quo totius mundi sospitator  
sus, veram sui corporis ambrosiam n-  
præbet, verumq; illud sui sanguinis n-  
nat, max. mà animi reverentiâ acce-  
Maij, cum ultimus agon immineret,  
dicta illa biblica & preces, quas ipse m-  
to ante peculiari libello conscripsera-  
sibi prælegi, sed & M. Jo. CORFINIUM  
vocari iussit, qui fiduciam, quam i-  
in CHRISTUM Servatorem fixam habe-  
præclaris è S. Scripturæ codice & c-  
notis monitis, incenderetq; & obfirm-

